



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXV. De ordine passionum adinuicem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Passiones enim ipsae ad ipsum morale bonum & malum se habent, sicut exteriores actus, unde & in littera, & est secundum propositum in principio corporis articulo, propositum, quod sicut de actibus, ita de passionibus: & in calce dicitur. Sic enim pertinent ad speciem exterioris actus, sicut boni, & malum moraliter, sicut ut obiecta, ita quod ly. pertinent, non respiciunt passiones, ut subiectum loquutionis, sed bonum & malum moraliter, & directe complet proportionalem doctrinam de actibus & passionibus.

sicut patet de uerecundia, quae est timor turpis: & de inuidia, quae est tristitia de bono alterius. sic enim pertinent ad speciem exterioris actus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de passionibus secundum quod pertinent ad speciem naturae: prout scilicet, appetitus sensitivus in se consideratur: secundum uero quod appetitus sensitivus obedit rationi, iam bonum & malum rationis non est ex passionibus eius per accidens, sed per se.

AD SECVNDVM dicendum, quod passiones, quae in bonum tendunt, si sit uerum bonum, sunt bonae: & similiter quae uero malo recedunt: & conuerso uero, passiones quae sunt per recessum a bono, & per accessum ad malum, sunt malae.

AD TERTIVM dicendum, quod in brutis animalibus appetitus sensitivus non obedit rationi: & tamen in quantum ducitur quadam aestimativa naturali, quae subicitur rationi superiori, scilicet diuinae, est in eis quadam similitudo moralis boni, quantum ad animae passiones.

quod uerecundia est passio laudabilis, ergo aliqua passiones sunt bonae, uel malae secundum suam speciem.

RESPON. Dicendum, quod sicut de actibus dictum est, ita & de passionibus dicendum uidetur, quod scilicet species actus, uel passionis dupliciter considerari potest. Vno modo, secundum quod est in genere naturae, & sic bonum, uel malum morale non pertinet ad speciem actus uel passionis. Alio modo, secundum quod pertinet ad genus moris, prout scilicet participant aliqui de uoluntario, & iudicio rationis: & hoc modo bonum & malum morale possunt pertinere ad speciem passionis, secundum quod accipitur ut obiectum passionis, aliquid de se conueniens rationi, uel dissonum a ratione,

A cupiscibilis. Ordo enim passionum est secundum ordinem obiectorum: sed obiectum irascibilis est bonum arduum, quod uidetur esse supremum inter alia bona. ergo passiones irascibilis uidentur posse passionibus concupiscibilis.

¶ 2 Præ. Mouens est prius motu: sed irascibilis comparatur ad concupiscibilem, sicut mouens ad motum: ad hoc enim datur animalibus ut tollantur impedimenta, quibus concupiscibilis prohibetur frui suo obiecto, ut supra dictum est. Remouens autem prohibens habet rationem mouentis, ut dicitur in 8. Phyl. ergo passiones irascibilis sunt priores passionibus concupiscibilis.

¶ 3 Præ. Gaudium & tristitia sunt passiones concupiscibilis: sed gaudium & tristitia consequuntur ad passiones irascibilis. dicit enim Philosophus in 4. Ethicorum, quod punitio quietat impetum iræ, delectationem loco tristitiae faciens. ergo passiones concupiscibilis sunt posteriores passionibus irascibilis.

SED CONTRA, Passiones concupiscibilis respiciunt bonum absolutum: passiones autem irascibilis respiciunt bonum contractum, scilicet arduum. cum igitur bonum simpliciter sit prius quam bonum contractum, uidetur, quod passiones concupiscibilis ad plura se habeant, quam passiones irascibilis.

RESPON. Dicendum, quod passiones concupiscibilis ad plura se habent, quam passiones irascibilis. Nam in passionibus concupiscibilis inuenitur aliquid pertinens ad motum, sicut desiderium: & aliquid pertinens ad quietem, sicut gaudium & tristitia. Sed in passionibus irascibilis non inuenitur aliquid pertinens ad quietem: sed solum pertinens ad motum: cuius ratio est: quia id, in quo iam quiescit, non habet rationem difficultis seu ardui, quod est obiectum irascibilis: quies autem cum sit finis motus, est prior in intentione, sed posterior in executione. Si ergo comparentur passiones irascibilis ad passiones concupiscibilis, quae significant quietem in bono, manifeste passiones irascibilis praecedunt ordine executionis huiusmodi passiones concupiscibilis, sicut spes praecedit gaudium, unde causat ipsum, secundum illud Apostoli Rom. 12. Spe gaudetes. Sed passio concupiscibilis importat quietem in malo. scilicet tristitia, media est inter duas passiones irascibilis, sequitur. n. motum:

¶ Super questionis uigesima quinta articulum primum.

IN responsione ad primum primi articuli aduertit, quod alia est distinctio propriae a proprio, & propriae a communi. Commune enim non distinguitur contra proprium per aliquod positum in se, quod non sit in proprio: duo autem disparata distinguuntur ab inuicem suis positum distinctum, quorum alterum unum, alterum reliquum constituit. Unde quia bonum, & bonum arduum se habent sicut commune, & proprium, & non sicut duo propriae: ideo in littera dicitur, quod ratio in oppositum allata, scilicet bonum arduum, & supremum bonum, haberet locum, si bonum quod obiectum est concupiscibilis, aliquid oppositum diceret, id est, si distingueretur contra bonum arduum, & quoddam aliud particulare, seu proprium bonum: sic enim diceret aliquid bono arduo oppositum suum, scilicet proprium distinctum. Tunc enim haberent se sicut duo partialia bona, quorum superioris procul dubio esset naturaliter prior sicut uniuersaliter apparet in ceteris. Sed quia se habent sicut commune, & proprium; ideo quamuis bonum arduum sit quid excellentius bono absolute, est tamen posterius: quia illud commune, hoc proprium: illud absolute, hoc contractum: illud enim dicit bonum commune ad bonum in motu, & bonum in quiete: hoc tantummodo bonum in motu, ut in corpore articulo ostenditur. Cum autem audis, obiectum concupiscibilis comparari ad obiectum irascibilis, ut commune ad proprium, & ad plura se extendere, &c. non

Inf. q. 40. ar. 1. co. & 2. co. q. 14. ar. 3. ad 1. co. 3. dist. 26. q. 2. ar. 3. q. 2. co. & nec. q. 25. ar. 2. co. & mal. q. 4. ar. 2. ad 12.

* q. 23. art. 1. te. 32. to. 2.

ca. 5. paulo post me. to. 5.

QVAESTIO XXV.

De ordine passionum ad inuicem, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ordine passionum ad inuicem.

DE CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primo, de ordine passionum irascibilis ad passiones concupiscibilis.

¶ Secundo, de ordine passionum concupiscibilis ad inuicem.

¶ Tertio, de ordine passionum irascibilis ad inuicem.

¶ Quarto, de quatuor principalibus passionibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum passiones irascibilis sint priores passionibus concupiscibilis, uel e conuerso.

AD PRIMVM sic praeceditur. Videtur, quod passiones irascibilis sint priores passionibus con-

E

Prima Secundae S. Thomae.

H 3 in-

intelligas se habere sicut uniuersale & particulare, ut animal & homo : hoc enim falsum est: sed scito, se habere sicut motus ad ubi, de quo est habitus libri Physicorum: & motus ad ubi, de quo est habitus libri De celo & mundo. Bonum enim sensibile simpliciter spectat ad concupiscibilem: bonum autem sensibile determinatum ad arduitate[m], speciat ad irascibilem: & sic omnia consonant, scilicet & distinctio obiectorum ac potentiarum, & habitudo communis ad proprium, & maior ambitus illius quam huius, ut patet in simili adducto.

¶ Super questionis uigesime quintae articulum secundum.

In secundo articulo aduerte quam incongrue passionum notitiam tradiderit Scotus, dicens in primo, distincti. i. question. 4. quod appetitus sensitui proprie non est amare. Cum enim amor sit prima passio appetitus sensitui, si amare non conueniret proprie appetitui sensitui: ergo nec delectari, nec timere proprie conuenientia primo enim reliqua pendunt, & amorem ipsum reliqua passiones includunt. Nam delectamur amato, timemus malum amati, desperamus ab amato, ulciscimur conturbans amatum: unde si amatum est improprie, reliqua erunt passiones improprie, sicut in rebus naturalibus. Et tunc ultra, si passiones sunt improprie in appetitu sensitui, & secundum ueritatem sunt minus proprie in appetitu intellectui. nulli libri erunt proprie.

¶ In corpore secundi articuli eiusdem questionis Nouitiorum dubium occurrit, quomodo uulgatum est inter philosophos, quod omnis appetitus est boni, & quod nullus operatur, aspiciens ad malum. Et nunc in littera dicitur, quod obiecta concupiscibi-

Cum enim occurrerit malum quod timebatur, causatur tristitia. Praecedat autem motum irae: quia cum ex tristitia praecedente aliquid insurgit in uindictam, hoc pertinet ad motum irae: & quia rependere uicem malis, apprehenditur ut bonum, cum iratus hoc consecutus fuerit, gaudet. Et sic manifestum est, quod omnis passio irascibilis terminatur ad passionem concupiscibilis pertinentem ad quietem. uel ad gaudium, uel ad tristitiam. Sed si comparatur passiones irascibilis ad passiones concupiscibilis, quae important motum, sic manifeste passiones concupiscibilis sunt priores, eo quod passiones irascibilis addunt supra passiones concupiscibilis: sicut & obiectum irascibilis addit supra obiectum concupiscibilis arduitate[m], siue difficultate[m]. Spes enim supra desiderium addit quaedam conatum, & quaedam eleuationem ad consequendum bonum arduum, & similiter timor addit supra fugam, seu abominationem, quaedam depressionem animi propter difficultatem mali. Sic ergo passiones irascibilis mediae sunt inter passiones concupiscibilis, quae important motum in bonum, uel in malum: & inter passiones concupiscibilis, quae important quietem in bono, uel in malo. Et sic patet, quod passiones irascibilis & principia habent a passionibus concupiscibilis, & in passionibus concupiscibilis terminantur.

Ad primum ergo dicendum, quod illa ratio procederet, si de ratione obiecti concupiscibilis esset aliquid oppositum arduo, sicut de ratione obiecti irascibilis est, quod sit arduum: sed quia obiectum concupiscibilis est bonum absolute, prius naturaliter est quam obiectum irascibilis, sicut commune, proprio.

Ad secundum dicendum, quod remouens prohibens non est mouens per se, sed per accidens. Nunc autem loquimur de ordine passionum per se. Et praeterea irascibilis remouet prohibens quietem concupiscibilis in suo obiecto: uel ex hoc non sequitur, nisi quod passiones irascibilis praecedunt passiones concupiscibilis ad quietem pertinentes, de quibus est tertia ratio procedit.

ARTICVLVS II.

Utrum amor sit prima passionum concupiscibilis.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod amor non sit prima passionum concupiscibilis. Vis enim concupiscibilis a concupiscencia denominatur, quae est eadem passio cui desiderio: sed denominatio

fit a potiori, ut dicitur in 2. de anima. ergo concupiscencia est potior amore. ¶ 2. Prater. Amor unionem quaedam importat: est enim uis unitiua & concretionis, ut Dionysius dicit in 4. ca. de di. no. sed concupiscencia, uel desiderium est motus ad unionem rei concupitae uel desideratae. ergo concupiscencia est prior amore.

¶ 3. Prater. Cuius est prior effectus: sed delectatio est quaeque; cuius est amoris: qui dicitur in 1. de ciuitate Dei, quod omnes passiones ex amore cantur. Amor enim in hiis habere quod amatur, cupiditas est: id autem habes, eo quod fruis, laetitia est. amor ergo est prima passionum concupiscibilis.

Sed contra est, quod Augustinus dicit in 1. de ciuitate Dei, quod omnes passiones ex amore cantur. Amor enim in hiis habere quod amatur, cupiditas est: id autem habes, eo quod fruis, laetitia est. amor ergo est prima passionum concupiscibilis.

Respon. Dicendum, quod obiecta concupiscibilis sunt bonum & malum. Naturaliter autem est prius bonum malo, eo quod malum est priuatio boni: uel & omnes passiones, quarum obiectum est bonum, naturaliter sunt priores passionibus, quarum obiectum est malum, unaquaeque sua passione opposita. Quia enim bonum quiritur, ideo resuratur oppositum malum: bonum autem habet rationem finis, quod quidem est prior in intentione, sed est posterior in executione. Potest ergo ordo passionum concupiscibilis attendi uel secundum intentionem, uel secundum executionem. Secundum quidem executionem illud est prius, quod primo fit in eo, quod tendit ad finem. Manifestum est autem, quod omne quod tendit ad finem aliquod, primo quidem habet aptitudinem, seu proportionem ad finem: nihil enim tendit in finem non proportionatum: sed dicitur moueri ad finem: tertio quiescit in fine post eius consecutionem. Ipsa autem aptitudo, siue proportio appetitus ad bonum est amor, quod nihil aliud est, quam concupiscencia boni. Motus autem ad bonum, est desiderium uel concupiscencia: quae autem in bono, est gaudium uel delectatio: & ideo secundum hunc ordinem amor praecedit desiderium, & desiderium praecedit delectationem: sed secundum ordinem intentionis, est e conuerso, nam delectatio in terra cant desiderium & amorem. Delectatio enim est fructus, quod quaedam modo est finis, sicut & ipsum bonum, ut supra dictum est.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc modo nominatur aliquid, secundum quod nobis innotescit. Voces enim sunt signa intellectuum secundum philosophum. Nos autem ut plurimum per effectum cognoscimus eam: effectus autem amoris, quod quidem habetur in sum amatum, est delectatio: quod uero non habetur, est desiderium uel concupiscencia, ut autem Augustinus dicit

lis sunt bonum, & ualium. ¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod quia malum non est obiectum appetitus ut profectendum, sed ut fugiendum, & eadem ratione quod bonum appetitur, malum resuratur: ideo utrunque uerificatur, scilicet & quod utrunque est obiectum diuersimode, & quod bonum communiter assignatur, & diuulgatur: quia bonum per se, malum uero per accidens, id est, per aliud scilicet bonum, est obiectum. Veritamen esto cautus in re hac. Dupliciter enim inuenitur accidentalitas in illis, scilicet, referendo potentiam ad obiectum, & referendo actum ad obiectum. Si consideretur uan quae potentia in ordine ad suum per se primum obiectum, sic bonum est per se obiectum omnis appetitus, malum uero per accidens. Et hoc est quod resonat communiter in ore philosophorum & ratio assignatur in articulo sequenti, in responso ne ad tertium. Si uero consideretur aliquis specialis actus appetitus in ordine ad suum proprium obiectum, sic & respectu boni, & respectu mali inuenitur per se, & per accidens. Actus enim tendens per se in bonum, est per modum prolequentis, & tendens per se in malum, est per modum recedentis. bonum enim est, quod omnia appetunt: malum uero, quod omnia fugiunt. Unde docet in hoc tractatu auctor quod desperatio est actus appetitus per accidens respectu boni, quia recedit a bono: & audacia est actus per accidens respectu mali; quia accedit ad malum. Timor uero est actus per se respectu mali, quia fugit ipsum. Inter speciales ergo actus differentia est, quod alii per se, alii per accidens respectu boni, uel mali sunt. potentia autem ipsa per se, solum bonum respicit. Et non est

1. q. 20 ar. 1. cor. Et 3. di. 27. q. 1. ar. 3. Et 4. contra genti. ca. 19. quod nullus operatur, aspiciens ad malum. Et nunc in littera dicitur, quod obiecta concupiscibi-

in ro.de *Trin. Amor magis sentitur, cum cum prodi indigentia. Vnde inter omnes passiones concupiscibilis, magis est sensibilis concupiscibilis: & propter hoc ab ea denominatur potentia.

AD SECUNDUM Dicendum, quod duplex est unio amati ad amantem, Vna quidem realis secundum conjunctionem ad rem ipsam, & talis unio pertinet ad gaudium, uel delectationem, quae sequitur desiderium. Alia autem est unio affectiva, secundum, quod aliquid habet aptitudinem, uel proportionem, puta scilicet ex hoc, quod aliquid habet aptitudinem ad alterum, & inclinationem, iam participat aliquid eius: & sic amor unionem importat, quae quidem unio praecedit motum desiderii.

AD TERTIUM Dicendum, quod delectatio causat amorem, secundum quod est prior in intentione.

ARTICVLVS III.

Utrum spes sit prima inter passiones irascibilis.

AD TERTIUM sic proceditur. Vbi, quod spes non fir prima inter passiones irascibilis. Vis. n. irascibilis ab ira denominatur: cum ergo denominatio fiat a potiori, uel, quod ira sit potior & prior quam spes.

¶ 2 Praet. Arduum est obiectum irascibilis: sed magis uidetur esse arduum, quod aliquid conetur superare malum contrarium, quod imminet ut futurum, quod pertinet ad audaciam, uel quod iniacet iam ut praesens, quod pertinet ad iram, quam quod conetur acquirere simpliciter aliquid bonum: & similiter magis uidetur esse arduum, quod conetur uincere malum praesens, quam malum futurum: ergo ira uidetur esse potior passio, quam audacia: & audacia, quam spes: & sic spes non uidetur esse potior.

¶ 3 Praet. Prius occurrit in motu ad finem, recessus a termino, quam accessus ad terminum: sed timor & desperatio importat recessum ab aliquo, audacia autem & spes important accessum ad aliquid. ergo timor & desperatio praecedunt spes & audacia.

SED CONTRA. Quanto aliquid est propinquius primo, tanto est prius: sed spes est propinquior amori, qui est prima passionum: ergo spes est prior inter omnes passiones irascibilis.

RESPON. Dicendum, quod sicut iam dictum est, Omnes passiones irascibilis important motum in aliquid: motus autem ad aliquid in irascibili potest causari

A ex duobus, uno modo ex sola aptitudine, seu proportionem ad finem, quae pertinet ad amorem, uel odium. Alio modo ex praesentia ipsius boni, uel mali, quae pertinet ad tristitiam, uel gaudium: & quidem ex praesentia boni non causatur aliqua passio in irascibili, ut dictum est, sed ex praesentia mali causatur passio irae. Quia igitur in uia generationis, seu consecutionis, proportio uel aptitudo ad finem, praecedat consecutionem finis, inde est, quod ira inter omnes passiones irascibilis, est ultima ordine generationis: inter alias autem passiones irascibilis, quae important motum consecutionem amorem, uel odium boni, uel mali, oportet quod passiones, quarum obiectum est bonum, scilicet spes & desperatio, sint naturaliter priores passionibus, quarum obiectum est malum, scilicet audacia & timore: ita tamen quod spes est prior desperatione, quia spes est motus in bonum secundum rationem boni, quod de sua ratione est attractiuum: & ideo est motus in bonum per se. desperatio autem est recessus ab bono, qui non competit bono secundum quod est bonum, sed secundum aliquid aliud, unde est quasi per accidens. & eadem ratione timor, cum sit recessus a malo, est prior quam audacia. Quod autem spes & desperatio sint naturaliter priores, quam timor & audacia, ex hoc manifestum est, quod sicut appetitus boni est ratio quare uitetur malum: ita etiam spes & desperatio, sunt ratio timoris & audaciae. Nam audacia consequitur spem uictoriae, & timor consequitur desperationem uincendi: ira autem consequitur audaciam. Nullus enim irascitur uindictam appetens, nisi audeat uindicare secundum quod Auicenna dicit in 6. de naturalibus. Sic ergo patet, quod spes est prima inter omnes passiones irascibilis. Et si ordine omnium passionum secundum uiam generationis, scire uelimus, primo occurrunt amor & odium: secundum, desiderium & fuga: tertio spes, & desperatio: quarto timor & audacia: quinto ira: sexto & ultimo gaudium & tristitia, quae consequuntur ad omnes passiones, ut dicitur in 2. Eth. ita tamen, quod amor prior odio, & desiderium fuga, & spes desperatio ne, & timor audacia, & gaudium quam tristitia, ut ex praedictis colligi potest.

B

C

D

E

duidatis, magis habet rationem tractum bonitas, quam arduitas, ut de se patet: ideo in litera non simpliciter, sed comparatiue interpretandum est, quod arduum non est ratio accedendi. & hoc subiuncta uerba insinuant scilicet, sed potius bonum, in cuius signum, in nulla passione assignatur arduum pro ratione accedendi, nisi in audacia, in qua oportuit hoc fieri: quia obiecto eius exiitente malo arduo, & malum est magis repulsum quam arduum, consequens fuit, quod arduum ratio ponere accessus. Est igitur, si recte consideretur, arduum comparatum ad bonum, ratio recessus: & comparatum ad malum, ratio accessus. Et propterea, non est mirum, si modo affirmatur, aut negatur hoc, modo illud.

¶ Super

D. 256. D. 258.

c. 5. tom. 5.

ex isto ar. & ex 2. ar. huius q.

ca. 10. 3. est hic sermo de ly. p. accidens, ut distinguitur contra per se, sicut dicitur, quod aliquid dicitur non per se, sed per accidens: sed ut distinguitur contra per aliquid, quod ita esse per se secundo, ut patet. In responsione ad primum eiusdem secundum articulum, dubium occurrit circa illa uerba, inter omnes passiones concupiscibilis, magis est sensibilis concupiscibilis. Falsum n. hoc ut, experientia testis tristitia manifeste magis sentitur, ut patet in cruciatibus corporis: & delectationes factum consequentes, vehementissime sentiuntur. Constat autem has esse passiones concupiscibilis ergo. Ad hoc dicitur, quod passiones esse magis sensibiles, contingit dupliciter. Primo, ut se tenent ex parte animae. Secundo, ut se tenent ex parte corporis. Et quod licet secundo modo concupiscibilis non sit magis sensibilis, sed dolor, & forte delectatio, primo tamen modo concupiscibilis in ter passiones concupiscibilis est maxime sensibilis: absque corporalitateque conuisione experimur concupiscere magis sensibiler, quam amare, odisse &c. Et quia quod se tenet ex parte animae, est formale in passionibus, ideo de passionibus istis, formaliter loquendo, dicitur est, quod concupiscibilis est magis sensibilis. Super quest. viginti, articulum tertium. In ar. 3. eiusdem q. in responsione ad 2. dubium occurrit ad hominem: quia ipse auctor superius in q. 23. ar. 2. expresse uult, quod arduum habet rationem, ut in ipsum tenditur, & sic audacia tendit in ipsum, hic uero docet oppositum, dicens, quod arduum non est ratio accedendi, uel appetendi: & ratio spes est prior. Ad hoc dicitur, quod quia obiectum irascibilis est totum contra tum, bonum arduum, & malum arduum, & harum duarum rationum, bonitatis & ar-



¶ Super quest. vigesima quinta; articulum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum istae sint quatuor principales passionēs, Gaudium, tristitia, spes, & timor.

IN ar. 4. eiusdem q. ut resolute scias, & praeferas primatum illarum quatuor passionum, colligito, quod passiones primariae exigunt duas conditiones. Prima est, quod sint per se, id est, nihil per accidens habentes admissum tam in se, quam in suis causis. Secunda est, quod sint ultime in singulis generibus. Sunt autem, si bene distinguatur, quatuor genera passionum, scilicet in bonum, motus a malo, quies in bono, & inquierudo in malo. Ultima in primo genere, est spes; in secundo, timor; in tertio, delectatio; in quarto, tristitia. & omnes sunt per se, tam in se, quam in suis causis. Et sic cessant oēs obiectiones, specialiter de ira, quae est ulterior motus in boni, quam spes; est. n. potest spes, quia tamen confurget & per accidens, scilicet ex audacia, ut in littera dicitur; in primatu priuatur.

Inf. q. 84. ar. 4 ad 2. Et q. 123. ar. 11. ad r. & q. 141. ar. 7. ad 3. & ueriq. q. 16. ar. 5. c. 3. 7. 8. & p. 10. 5.

Met. ult. in fin.

AD QVARTVM sic procedit. Videt, quod non sint istae quatuor principales passionēs, gaudium & tristitia, spes & timor. Aug. in 14. * de ciui. Dei, non ponit spem, sed cupiditatem loco eius.

¶ 2 Præter. In passionibus animae est duplex ordo, scilicet intentionis, & consecutionis seu generationis. Aut ergo principales passionēs accipiuntur secundum ordinem intentionis, & sicutantur gaudium & tristitia, quae sunt finales, erunt principales passionēs: aut secundum ordinem consecutionis. seu generationis: & sic erit amor principalis passio. nullo ergo modo debent dici quatuor passionēs istae principales, gaudium & tristitia, spes & timor.

¶ 3 Præter. Sicut audacia causatur ex spe, ita timor ex desperatione, aut ergo spes & desperatio debent poni principales passionēs tanquam cause, aut spes, & audacia tanquam sibiipsis affines.

SED CONTRA est illud, quod Boet. in li. de consol. enumerans quatuor principales passionēs, dicit, Gaudia pelle, pelle timorem.

spemque fugato, nec dolor adsit.

RESPON. Dicendum, quod haec quatuor passionēs communiter principales esse dicuntur, quarum duae, scilicet gaudium & tristitia, principales dicuntur, quia sunt completiuae & finales simpliciter respectu omnium passionum, vnde ad omnes passionēs consequuntur, ut dicitur in 2. * Ethic. Timor autem & spes sunt principales, non quidem quasi completiuae simpliciter, sed quia sunt completiuae in genere motus appetitiui ad aliquid. Nam respectu boni incipit motus in amore, & procedit in desiderium, & terminatur in spe; respectu uero mali incipit in odio, & procedit ad fugam & terminatur in timore. Et ideo solent harum quatuor passionum numerus accipi secundum differentiam presentis, & futuri: motus enim respicit futurum, sed quies est in aliquo presenti. De bono igitur presenti est gaudium, de malo presenti est tristitia, de bono futuro est spes, de malo futuro est timor: omnes autem aliae passionēs, quae sunt de bono uel de malo, presenti, uel futuro, ad has completiue reducuntur. Vnde etiam a quibusdam dicuntur principales haec praedictae quatuor passionēs, quia sunt generales: quod quidem uerum est, si spes & timor designant motum appetitus communiter tendentem in aliquid appetendum, uel fugiendum.

e. 5. tom. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Aug. ponit desiderium, cupiditatem loco spei, in quantum ad idem pertinere uidentur, id est, ad bonum futurum.

AD SECVNDVM Dicendum, quod passionēs istae dicuntur principales secundum ordinem intentionis, & completiue. Et quis timor & spes non sint ultimae

passiones simpliciter, tamen sunt ultimae in genere passionum tendentium in aliud, quasi in futurum: nec potest esse instantia, nisi de ira, quae tamen non potest poni principalis passio, quia est quidam effectus audaciae, quae non potest esse passio principalis, ut * infra dicitur.

AD TERTIVM dicendum, quod desperatio importat recessum a bono, quod est quasi per accidens: & audacia importat accessum ad malum, quod etiam est per accidens, ideo haec passionēs non possunt esse principales: quia quod est per accidens, non potest dici principale: & sic et nec ita potest dici passio principalis, quae consequitur audaciam.

QVAESTIO XXVI.

De passionibus animae in speciali, & primo de amore, in quatuor articulos diuisa.



ONSEQUENTER considerandum est de passionibus animae in speciali. Et primo, de passionibus concupiscibilibus. Secundo, de passionibus irascibilibus.

¶ Prima consideratio erit tripartita. Nam primo considerabimus de amore, & odio. Secundo, de concupiscentia, & fuga. Tertio, de delectatione, & tristitia.

¶ Circa amorem consideranda sunt tria. Primo, de ipso amore. Secundo, de causa amoris. Tertio, de effectibus eius.

CIRCA primum quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum amor sit in concupiscibili.

¶ Secundo, Vtrum amor sit passio.

¶ Tertio, Vtrum amor sit idem quod dilectio.

¶ Quarto, Vtrum amor conuenienter diuidatur in amorem amicitiae, & in amorem concupiscentiae.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum amor sit in concupiscibili.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod amor non sit in concupiscibili. Dicitur. n. Sap. 8. Hanc, scilicet sapientiam, amari, & ex quibus a iuente mea: sed concupiscibilis, cum sit pars appetitus sensitui, non potest tedere in sapientiam, quae non concupiscit sensum, ergo amor non est in concupiscibili.

¶ 2 Præter. Amor uidetur esse idem cuilibet passioni. Dicit enim Aug. in 14. * De ciuit. Dei, Amor in hians habere quod amat, cupiditas est. id autem habens eoque fruens, letitia: & fugiens quod ei aduersatur, timor est, idque si acciderit sentiens, tristitia est: sed non omnis passio est in concupiscibili, sed timor et hic enumeratus est in irascibili: ergo non est simpliciter dicendum, quod amor sit in concupiscibili.

¶ 3 Præter. Dion. in c. 4. * de diu. no. ponit quendam amorem naturalem: sed amor naturalis magis uideatur pertinere ad uires naturales, quae sunt animae vegetabilis: ergo amor non simpliciter est in concupiscibili.

SED CONTRA, est quod Philosophus dicit in 2. * Topico. quod amor est in concupiscibili.

RESPON. Dicendum, quod amor est aliquid ad appetitum priuatum, cum utriusque obiectum sit bonum: unde secundum differentiam appetitus, est differentia amoris. Est enim quidam appetitus non consequens apprehensionem ipsius appetentis, sed alterius. & huiusmodi dicitur appetitus naturalis. Res enim naturales appetunt quod eis conuenit secundum suam naturam, non per apprehensionem propriam, sed per apprehensionem instituentis naturam, ut in 1. libr. * dictum est. Alius autem est appetitus consequens apprehensionem

q. 44. r. ad 3.

Inf. ar. 3. & ar. 6. ad c. in eccles. ad finem etiam 11. 8. de c. 10. h. tur to. * cap. 2.

c. 5. par. medio.

c. 4. in p. 2. 5.

c. 5. in p. 2. 5.

tes. 55.

p. 7. q. 11. art. 1.